



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 163. Decretum Unionis Jacobitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

me soli Sedem Patriarchalem Alexandriæ Secul. XV.
A.C. 1441.
occuparent, licet alter quisquam hoc munere fungatur pro Græcis, qui sibi subjectam tenet Æthiopiam, ubi Christiani fere omnes Eutyichianorum, seu Jacobitarum sectam profitentur; ita nempe horum errores vix a Græcorum schismate diversi sunt.

§. CLXII.

Sessio IV. Concilii Florentini post discessum Græcorum.

In Sessione Concilii Florentini, quæ post discessum Græcorum quarta numeratur, Eugenius die quinta Februarii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quadragesimo primo, Pontificatus sui octavo edidit Decretum Unionis Jacobinorum, quod tam ipse Pontifex, quam duodecim Cardinales subscripserunt.

§. CLXIII.

Decretum Unionis Jacobitarum.

Hoc Decretum ab illis Isaïæ cap. 5, verbis exorditur. *Cantate Domino, quoniam magnifice fecit, annuntiate hæc in universa terra. Exulta & lauda habitatio Sion, quoniam magnus in medio tui sanctus Israel &c.* Postea Eugenius Papa
Ecclesiæ

Sæcul. XV. Ecclesiæ Romanæ fidem exponit asserens *Deum esse unum, & trinum in Personis, quæ nonnisi unus Deus sunt, qui trium una est substantia, & essentia.* Deinde damnat Sabellium, *Personas confundentem, & ipsarum distinctionem realem penitus auferentem;* item & Arianos, Eunomianos, & Macedonios, *solum Patrem Deum verum esse dicentes, Filium autem & Spiritum Sanctum in creaturarum ordine collocantes, damnat & quoscunque alios seu inæqualitatem in Trinitate docentes.* Post hæc determinat numerum librorum veteris & novi testamenti, quorum Catalago accensentur ii quoque, quos Judæi rejiciunt, ibidemque Eugenius Actibus Apostolorum post Epistolas Canonicas locum assignat. Præterea *Manichæorum anathematizat insaniam, qui duo prima principia posuerunt.* Articulatim quoque explicat *Mysteria Incarnationis Domini nostri Jesu Christi, ejusdem Nativitatem, Passionem, sepulturam, resurrectionem, & Ascensionem;* Innovat etiam anathema, quod olim erat dictum in Cerinthum, Ebionem, Marcionem, Paulum Samosatenum, Photium, aliosque hæreticos, Valentinum, Apollinarem, Theodorum Mopsuestenum, atque Nestorium, Eutychem & Macariam Antiochenam. Tractat de Mediatore nostro Christo Domino, quem aliquando venturum omnia veteris

testa-

testamenti sacra sacrificia, Sacramenta, & Sæcul. XV.
 ceremoniæ præsignarunt. Agit de neces- A. C. 1441.
 sitate Baptismi, & de salute æterna, decla-
 rans, neminem posse salvari, nisi in Ca-
 tholicæ Ecclesiæ gremio & unitate perman-
 serit. Amplectitur Concilia Generalia,
 Nicænum, Constantinopolitanum, Ephe-
 sinum, & Chalcedonense, necnon Con-
 stantinopolitanum secundum & tertium,
 omnesque alias auctoritate Romani Pontifi-
 cis legitime congregatas, celebratas, & con-
 firmatas Synodos. Ad calcem hujus De-
 creti subjungitur: Amplectitur præsertim
 hanc sanctam Florentinam, in qua inter alia
 Græcorum & Armenorum sanctissima unio
 consummata est.

§. CLXIV.

*Hoc decretum a Jacobitarum Legato
 acceptatum.*

Omnibus hisce articulis ita expositis, *Labbe Conc*
 Andreas nomine sui Patriarchæ, & *to. 13. p. 1212*
 totius Jacobitarum cœtus, hoc saluberrimum
 Synodale decretum cum insertis defini-
 tionibus, decretis, præceptis, & statutis o-
 mnemque doctrinam in ipso descriptam, nec-
 non quicquid tenet & docet sancta Sedes A-
 postolica & Romana Ecclesia, cum omni de-
 votione & reverentia suscepit & accepta-
 vit. Quascunque vero Personas, & quic-
 quid ipsa Romana Ecclesia reprobat, & da-
 mnat,